

3171

C O D I C E S

3172

Psalms dictos de Poenitentia cum Litaniis OO. SS. Officium reliquum pro Defunctis vitio Compactoris a Vespertino avulsam, Litanias de B. V. ab iis, quas *Lauretanas* vocant, diversas, mutilas, denique Missam de Spiritu S. de S. Cruce, de B. V. et pro Defunctis. Magna harum Precum Pars, praefertim *Antiphonae, Hymni, Lectiones, Orationes*, lingua *Belgica* expressa est. Specimen fit prima *Jobi* Lectio ex Officio Defunctorum: *Spar mich Herre want mine daige en synt niet. Wat is der mynsche dat du yn groifs machs. off warumb setz du dyn bertze weder yn. Du besydes yn in der dage raeten ind geryncge proefs du yn. Wie lancke en spars du mich niet noch en leys mich nit dat ich verslynde mine spye. Ich bayn gesundicht wat sal ich dir doin o beirde der mynschen. Warumb bais du mich contrarie gesat weder dich ind ich byn mir seluer swair woirden. Warumb en dreigs du niet myne sunden ind warumb en afnymps du niet myn boiseit. Sich nu staeff ich in dem gestubbe. ind suychtz du mich vroege ich en sal nyet blyuende syn. In Litaniis *Servatius, Hubertus, Willibrordus, Lebuinus &c. Belgii* Indigetes invocantur.*

DCCCCXXXIII.

966 Codex membraneus lat. belg. Sec. XV. Folior. 86. 4. min. luculente exaratus, literis initiorum, et quibusdam marginibus auratis, picturisque, V. in super

Iconibus praestanti penicillo elaboratis, grandioribus conspicuus varia continet Pietatis Exercitia in usum, ut varia suadent, *Maximiliani I. Rom. Imp.* dum in *Belgis* juvenis ageret, congesta. Principium a *Calendario*, in quo colore distincti *Vincentius mart. Amandus ep. Bonifacius ep. Benedictus abb. Egidius abb. Remigius et bauo, Dionysius ep. Clemens papa, Eligius ep. Nichasius ep.* et praeter hos 12. O&. *Maximilianus ep. et conf.* Serius et quidem manu *Maximiliani*, ut autumo, adscriptus est atramento ad 21. Jul. *Fredericus episcopus*, in Patris nempe memoriam. Abhinc Praeces privato ingenio conceptae ad Deum, Coelitesque varii usus. Atque audiamus tantisper precantem: *Concede mihi neminem iniuste per potenciam opprimere, sine acceptione personarum inter virum et proximum suum iudicare, aduenis pupillis ac viduis defensorem esse, Iniquos non exaltare, impudicos et histriones non nutrire, impios de terra perdere, ecclesias defendere, pauperes elemosinis alere, Iustos super regni negocia constituere, Senes et sapientes ac sobrios consiliarios habere, Iracundiam differre, patriam fortiter ac iuste contra aduersarios defendere, per omnia in te uincere, prosperitatibus animum non eleuare, aduersa cuncta patienter ferre, fidem catholicam in te deum habere, filios tuos impie agere non sinere, certis horis orationibus insistere, nemini quod suum est detrabere, sed iuste acquirere, acquisita prudenter dispensare, ea libera-*

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1907

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III. Wien 1795.

3173

LITURGICI

3174

beralitate uti, que amicis proffit, et nemini obsit, benignum esse pauperibus, consiliariis, ministris, ac officialibus iuxta eorum merita providere, servare pacta, solvere debita, non nisi iustum bellum admittere, admissum prudenter exercere. Haec quidem fol. 18. p. 2. At fol. 43. p. 2. Concede mihi gratiam bonos et fideles consiliarios eligendi atque prudentes; bonos quidem, qui in conspectu tuo sint accepti, quibus, quod bonum est in ocu-

O vos omnes qui transitis
Figuram hanc inspiciete.

Praeit enim Icon Cadaveris super stercorem extenti. Inter commemorationes variorum Coelitum, quarum una fol. 30. p. 2. de D. Maximiliano, ei, quae fol. 61. de D. Sebastiano habetur, praefixa est Imago Maximiliani juvenis habitu regio genibus ante Mar-

Der herten noot: es naerst den doot.

Bid voor den scriuere.

Zelden tyt: sonder nyt.

DCCCCXL.

955 Codex membraneus lat. gall. Sec. XV. Folior. 22. in 8. quidem, sed theca ad altitudinem integri folii supra adsurgente, dumque Codex aperitur, utraque pagina interiore velut arae speciem exhibente, quarum dextra Deum Patrem et B. V. Mariam Christo de cruce pendenti, sinistra Mariam Filio adsidentem sat mediocri pictura sistit, commode scriptus,

lis tuis, placeat reuelare; quomodo enim utiles erunt aliene cause, qui inutiles sunt suae vite? Qui sibi nequam est, cui bonus erit? Fideles, qui decipere non velint, et prudentes, qui decipi non possint. &c. Quis Principem, qui haec vere sentiat, non hodiernis omnibus της Φιλοσοφίας και κενης Απατης moliminibus praeferet? — Fol. 48. Contemplatio rhythmica Mortis, cujus initium:

Vigilantes deo sitis
Et mundum hunc despiciete &c.

tyrem hunc adstantem armatum positus, Scutoque Austriaco Burgundico ex arbore pendulo. Finem Codici faciunt Psalmi de Poenitentia cum Litanis SS. OO. Preces lingua Belgica passim insertae alium Scriptorem prodere videntur, qui calci addidit:

auro, coloribusque variis, Iconibusque III. majoribus ornatus Exercitia Pietatis continet servientia olim Philippo dicto Bono, ejusque filio Carolo dicto Audaci, et postea ab hujus filia Maria priore Maximiliani I. Imp. Coniuge in Austriam delata. Adfert hujus rationem praebent Icones memoratae. In prima etenim Codici praefixa visuntur Principes duo aetate differentes, aurei Velleris torque insignes, genuflexi, pre-